Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cat super me maledictionem pro benedictione. ad quem mater. Sine sit
aut illa maledicto filio meo. tantum audi vocem meam. Pergens
affer que dixi. Abiit et ad tulit. deditque matri.
Paravit illa cibos sicut noverat velle patre illius.
Vestibus esau valde bonis quas apud se habebat
domi induit eum pelliculisque hedorum circumdedit ma-
nibus. Collique nuda protexit. Dedit pulmentum et panes
quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi
At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi. Dixitque ia-
cob. Ego sum esau primogenitus tuus. Feci sicut p-
cepisti mihi. Surge sede et comede de venatione mea.
ut benedicat mihi anima tua. Rursum ysac ad filium
suum. Quomodo inquit tam cito invenire potuisti
fili mi. Q[illegible] respondit voluntas dei fuit. ut cito mi-
hi occurreret [illegible] quod volebam. Dixitque ysaac.
Accede huc ad me [illegible] ut tangam te fili mi. ut probem
utrum tu sis [illegible] filius meus esau an non. Ac-
cessit ille ad patrem. Et palpato eo. dixit ysaac.
Vox quidem vox iacob est. Sed manus sunt esau. Et
non cognovit eum. quia pilose manus similitudi-
nem manuum expresserunt. Benedicens ergo illi
ait. Tu es filius meus esau. Respondit ego sum. At
ille. Affer mihi inquit cibos de venatione tua fili
mi. ut benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos
comedisset obtulit ei etiam vinum. Quo hausto dixit
ad eum. Accede ad me. Da mihi osculum fili mi.
Accessit et osculatus est eum. Statimque ut sensit
vestimentorum illius fragrantiam. benedicens ait. Ecce
odor filii mei. sicut odor agri pleni cui benedixit dis-